



BOLETÍN ECLESIÁSTICO  
DEL  
OBISPADO DE SALAMANCA

**SUMARIO**

- I. Encíclica de Su Santidad sobre el Santísimo rosario.—II. Circular reproduciendo las disposiciones antes citadas para el mes del rosario.—III. Nombramiento episcopal.—IV. *Collatio moralis pro mense Octobris.*—V. Aviso á los Sres. Párrocos sobre recomposición de alhajas.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS  
DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

EPISTOLA AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS  
EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM  
ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS  
DE ROSARIO MARIALI

VENERABILIBUS FRATRIBUS, PATRIARCHIS, PRIMATIBUS  
ARCHEPIPIIS, EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS  
PACEM ET COMMUNIONEM  
APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PAPA XIII

*Venerabile. Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem*

Diuturni temporis spatium animo respicientes, quod in  
Pontificatu nōximo, Deo sic volente, transegimus, facere  
non possumus fateamur Nos, licet meritis impares,

divinae Providentiae praesidium expertos fuisse praesentissimum. Id vero praecipue tribuendum censemus conjunctis precibus, adeoque validissimis, quae, ut olim pro Petro, ita nunc pro Nobis non intermisso funduntur ab Ecclesia universa. Primum igitur bonorum omnium largitori Deo grates habemus maximas, acceptaque ab eo singula, quamdiu vita suppeditet, mente animoque tuebimur. Deinde subit materni patrocinii augustae caeli Reginae dulcis recordatio; eamque pariter memoriam gratiis agendis celebrandisque beneficiis pie inviolateque servabimus. Ab ipsa enim, tamquam uberrimo ductu, caelestium gratiarum haustus derivantur: *ejus in manibus sunt thesauri miserationum Domini* (1): *Vult illam Deus bonorum omnium esse principium* (2). In hujus tenerae Matris amore, quem fovere assidue atque in dies augere studuimus, certo speramus obire posse ultimum diem. Jamdudum autem cipientes, societatis humanae salutem in aucto Virginis cultu, tamquam praevalida in arce collocare, numquam destitimus *Marialis Rosarii* consuetudinem inter Christi fidèles promovere, datis in eam rem *Encyclicis Litteris* jam inde a Kalendis Septembribus anni 1883, editisque decreta, ut probe nostris, haud semel. Cumque Dei miserantis consilio liceat Nobis hujus quoque anni adventantem cernere mensem Octobrem, quem caelesti Reginae à Rosario sacrum dicatumque esse alias decrevimus, nolumus a compellandis vobis abstinere; omniaque paucis complexi quae ad ejus precationis genus provehendum huc usque gessimus, rei fastigium imponemus novissimo documento, quo et studium Nostrum ac voluntas in laudatam cultus Mariiani formam pateat luculentius, et fidelium excitetur ar-

---

(1) S. Jo. Dam., ser. I, de nativ. Virg.

(2) S. Ir., c. Valent. l. III. c. XXXIII.

dor sanctissimae illius consuetudinis pie integreque servandae.

Constanti igitur acti desiderio ut apud christianum populum de Rosarii Marialis vi ac dignitate constaret, memorata primum caelesti potius quam humana ejus precatiōnis origine, ostendimus, admirabile sertum ex angelico p̄aeconio consertum, interjecta oratione dominica, cum meditationis officio conjunctum, supplicandi genus praestantissimum esse et ad immortalis praesertim vitae adep̄tionem maxime frugiferum; quippe praeter ipsam excellentiam precum exhibeat et idoneum fidei praesidium et insigne specimen virtutis per mysteria ad contemplandum proposita; rem esse praeterea usu facilem et populi ingenio accommodatam, cui ex commentatione Nazarethanae Familiae offeratur domesticae societatis omnino perfecta species; ejus idecirco virtutem christianum populum nunquam non expertum fuisse saluberrimam.

His praecipue rationibus atque adhortatione multiplici sacratissimi Rosarii formulam persecuti, augendae insuper ejus majestati per ampliorem cultum, Decessorum Nostrorum vestigiis inherentes, animum adjecimus. Etenim quemadmodum Xystus V. fel. rec. antiquam recitandi Rosarii consuetudinem approbavit, et Gregorius XIII festum dedicavit eidem titulo diem, quem deinde Clemens VIII inscripsit martyrologio, Clemens XI jussit ab universa Ecclesia retineri, Benedictus XIII Breviario Romano inseruit, ita Nos in perenne testimonium propensae Nostre voluntatis erga hoc pietatis genus, eamdem solemnitatem cum suo officio in universa Ecclesia celebrari mandavimus ritu dupli secundae classis; solidum Octobrem huic religioni sacrum esse voluimus; denique praecepimus ut in Litaniis Lauretanis adderetur invocatio: *Re-*

gina Sacratissimi Rosarii, quasi augurium victoriae ex praesenti dimicazione referendae.

Illud reliquum erat ut moneremus, plurimum pretii atque utilitatis accedere Rosario Mariali ex privilegiorum ac jurium copia, quibus ornatur, in primisque ex thesau-ro, quo fruitur, indulgentiarum amplissimo. Quo quidem beneficio ditescere quanti omnium intersit qui de sua sint salute solliciti, facili negotio intelligi potest. Agitur enim de remissione consequenda, sive ex toto sive ex parte, temporalis poenae, etiam amota culpa, luendae aut in praesenti vita aut in altera. Dives nimis thesaurus, Christi, Deiparae ac Sanctorum meritis comparatus, cui jure Clemens VI Decessor Noster aptabat verba illa Sa-pientiae: *Infinitus thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei* (1). Jam Romani Pontifices, suprema, qua divinitus pollut, usi potestate, Sodalibus Marianis a sacratissimo Rosario atque hoc pie reci-tantibus hujusmodi gratiarum fontes recluserunt uberimmos.

Itaque Nos etiam, rati his beneficiis atque indulgentiis Marialem coronam pulchrius collucere, quasi gemmis dis-tinctam nobilissimis, consilium, diu mente versatum, ma-turavimus edendae *Constitutionis* de juribus, privilegiis, indulgentiis, quibus Sodalitates a Sacratissimo Rosario perfruantur. Haec autem Nostra *Constitutio* testimonium amoris esto, erga augustissimam Dei Matrem, et Christi fidelibus universis incitamenta simul et praemia pietatis exhibeat, ut hora vitae supra possint ipsius ope relevari in ejusque gremio suavissime conquiescere.

Haec ex animo Deum Optimum Maximum, per sacra-tissimi Rosarii Reginam, adprecati; caelestium bonorum

---

(1) VII, 14.

auspicium et pignus vobis, Venerabiles Fratres, clero ac populo uniuscujusque vestrum curae concredito, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V Septembbris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA

---

### Circular

La insistencia con que Su Santidad viene predicando un año y otro en admirables Encíclicas, las excelencias del Santo Rosario, recomendando á los fieles tan preciada devoción, nos revela cuánta es su confianza, de que por ella han de obtener la Iglesia y las naciones el remedio á los terribles infortunios que las afligen. Lean los señores Párrocos la Encíclica precedente y repitan al pueblo la palabra conmovedora del Padre Santo. Y á fin de que su piadoso encargo sea cumplido con uniformidad en toda la diócesis, S. E. I., el Obispo, mi Señor, me ordena reproducir las disposiciones dictadas en años anteriores. Son las siguientes:

1.<sup>a</sup> Durante el mes de Octubre, en todas las iglesias parroquiales, se rezará diariamente el Santo Rosario seguido de la Letanía lauretana, y de la oración á San José mandada expresamente por Su Santidad en la Encíclica *Quamquam pluries*. (Esta oración se publicó en el BOLETÍN de 1.<sup>º</sup> de Octubre de 1889, y se repartió además á todas las parroquias con el núm. 19, correspondiente también al 1.<sup>º</sup> de Octubre del año 1892).

2.<sup>a</sup> Allí donde el Rosario se rece por la mañana, deberá hacerse durante la misa, y si fuere por la tarde, su Excelencia Ilustrísima autoriza y recomienda que se verifique con la exposición menor del Santísimo Sacramento. (El modo de hacer esta exposición está inserto en el BOLETÍN del año 1887, pág. 359).

3.<sup>a</sup> Solemnícese cuanto se pueda la festividad del Santo Rosario el domingo, 2 de Octubre. Si los recursos de las fábricas lo permiten ó los fieles lo sufragan con sus limosnas, téngase á S. D. M. manifiesto, al menos durante la misa y los cultos de la tarde, y mejor todo el dia. En éste, y en cuanto pueda ser en los domingos del propio mes, sería de gran utilidad y edificación, que se cantase procesionalmente el Santo Rosario.

4.<sup>a</sup> En cuanto á nuestra capital diocesana, recomiendan los Sres. Curas á sus fieles la asistencia á los solemnes cultos que, durante todo el mes, habrá en la iglesia de Santo Domingo, y especialmente á la procesión del dia de la fiesta, repitiendo ellos y todos los Sres. Sacerdotes el saludable ejemplo que siempre han venido dando.

Salamanca 26 de Septiembre de 1898.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,  
*Secretario.*

---

## NOMBRA MIENTO EPISCOPAL

---

Su Santidad el Papa ha tenido á bien nombrar Administrador Apostólico de la diócesis de Barbastro, elevándole á la Dignidad Episcopal, al Sr. D. Juan Antonio Ruano y Martín, Arcipreste y Párroco de San Pedro de Alba.

Junto al sepulcro de Santa Teresa de Jesús le fué comunicada la noticia por nuestro Excmo. e Ilmo. Prelado, y no hay por qué decir, conocida como es la humildad del Obispo electo, cuánta fué la confusión que se apoderó de su ánimo. Esta subió de punto todavía al oír las entusiastas aclamaciones de sus feligreses, entre los cuales corrió la nueva con la velocidad del rayo, y al recibir en esta ciudad, al día siguiente, las visitas del Ilmo. Cabildo y Beneficiados de la Santa Basílica, y de los Párrocos y demás sacerdotes de la capital.

Pedimos á Dios que envíe copiosamente sobre el elegido las gracias que requiere la misión altísima que se le confía, y así lo harán también de seguro todo el venerable clero y fieles de la diócesis.

---

\* \* \*

## COLLATIO MORALIS PRO MENSE OCTOBRI

---

### QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum avaritia semper sit peccatum mortale? D. Th.  
2.<sup>a</sup> 2.<sup>ae</sup>, q. CXVIII, a 4.

### CASUS CONSCIENTIÆ

Titius, uxoratus et trium filiorum pater, carnis, diebus veticis, utitur absque susceptione non modo Indulti quadragessimalis sed etiam Bullæ Crutiatae. Etsi bonis immobilibus careat, administrationem tamen cuiusdam novilis viri gerit, pro qua quinque milia libellarum (pesetas) percipit.

Ex alio capite advocati munus exercet atque ex ipso tria libellarum millia etiam lucrat, quae quidem omnia

nota sunt sive Sempronio parocho, sive caeteris fidelibus. Dictus Titius ad pedes Sempronii venit, et peccata sua, maxima cum contritione, confitetur, quin verbum profert de abstinentiae trasgressione.

Quaeritur 1.<sup>um</sup> Ad effectus Indulti quadragessimalis, an Titius habendus est tanquam pauper, an ut dives?

2.<sup>um</sup> Si ut pauper, tenetur saltem ad consuetas orationes recitandas simul cum susceptione Bullae Crutiatiae, ut carnibus diebus vetitis possit uti?

3.<sup>um</sup> Si dives, an movendus de obligatione et ad cujus Indulti speciem tenetur?

#### DE RE LITURGICA

Quot Missae in exequiis diebus in nigris celebrari possunt? Quid intelligitur per anniversarium? Ut gaudeat privilegiis in anniversario, dicenda est Missa de Requiem vel sufficit ut dicatur de festo? Quibus diebus possunt celebrari anniversaria?

---

#### A V I S O

---

Guárdense los Sres. Párrocos de encomendar la recomposición de alhajas á los plateros ambulantes. Recientemente ha recorrido la Sierra de Francia un sujeto, que dice ser italiano y que ha dejado triste recuerdo de su paso por algún pueblo.

No acepten los Sres. Curas las proposiciones que tales sujetos les hagan, aunque ofrezcan garantías, pues en la cualidad de éstas está el engaño, ni hagan caso de los certificados que presenten, por más sellos que tengan.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 17

A  
**SANTA TERESA DE JÉSÚS**

Hija Amantísima de la Iglesia Católica

GLORIA INCOMPARABLE DE ESPAÑA

V

**ACLAMADA COMPATRONA NUESTRA**

---

*Una plegaria ardiente en el día de su festividad, para que desde el cielo proteja la vida preciosa del Vicario de Jesucristo; haga que brillen días de ventura para nuestra patria infortunada y bendiga los trabajos de la gran Basílica que, á su honor, ha de alzarse junto al sepulcro que guarda sus reliquias venerandas.*

15 Octubre, 1898.